

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

4 vtrum magis declinet in minus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

enim quam diximus esse actū veritatis, est ad alterum: inquitū fīca, quā circa ipsum sunt, vñus homo alteri manifestat. Alio modo inquantū iustitia aequalitatem quandam in rebus constituit: & hoc etiam facit virtus veritatis, adaequat enim signa rebus existētibus circa ipsum: deficit autem à propria ratione iustitia quātum ad rōnēm debiti. Non enim hæc virtus attendit debitū legale, qđ attēdit iustitia, sed portius debitū morale, inquitū scilicet ex honestate vñus homo alteri debet veritatis manifestationem. Vnde veritas est pars iustitiae inquantū annexetur ei, sicut virtus secundaria principali.

A D P R I M U M ergo dicendum, quod quia homo est animal sociale, naturaliter vñus homo debet alteri id, sine quo societas humana seruari non posset. Non autem possent homines adiunq̄ē coniūtere, nisi sibiūnicem credent, tamquā sibiūnicem veritatis manifestatioib⁹. & ideo virtus veritatis aliquo modo attingit rationem debiti.

A D S E C U N D U M dicēdū, quod veritas secundum quod est cognita, pertinet ad intellectum: sed homo per propriam voluntatem, per quam virtus & habitus, & membris, profert exteriora signa ad veritatem manifestandam: & secundum hoc manifestatio veritatis est actus voluntatis.

A D T E R T U M dicēdū, quod veritas, de qua nunc loquimur, differt à veritate vīta, ut dictum est. Veritas autem iustitia dicitur duplēciter.

Vno modo, secundum quod ip̄a iustitia est rectitudine quedam regulata secundum regulam diuinę legis. Et secundum hoc differt veritas iustitia à veritate vīta: quia veritas vīta est secundum quam aliquis recte uiuit in seipso: veritas autem iustitia est secundum quam aliquis rectitudinem legis in iudiciis, quā sūnt ad alterum, seruat: & secundum hoc veritas iustitia non pertinet ad veritatem, de qua nunc loquimur, sicut nec veritas vīta. Alio modo, potest intelligi veritas iustitia, secundū quod aliquis ex iustitia veritatem manifestat, puta, cū aliquis in iudicio veritatem confitetur, aut verum testimonium dicit. Et hac veritas est quidam particularis actus iustitiae, & non pertinet directe ad hanc veritatem, de qua hunc loquimur: quia scilicet in hac manifestatione veritatis principaliter homo intendit ius suum alteri reddere. Vnde Philo. in 4. Ethic. de hac iustitiae determinans dicit. Nō de ueridico in confessionibus dicimus, neque quicq; ad iustitiam, vñi iustitiam contendunt. Veritas autē doctrina consistit in quadā manifestatione uerborū, de quibus est scientia. Vnde nec ista veritas directe pertinet ad hanc iustitiam, sed solum ueritas, qua aliquis & vita, & sermone talem se demonstrat, qualis est: & non alia qđ circa ipsū sint nec maiora, nec minora. Verū tamen quia moralia, inquitū sūnt à nobis cogniti,

ta, circa nos sunt, & ad nos pertinent, secundū hoc vetitas doctrinę potest ad hanc iustitiam pertinere, & quācumque alia ueritas, qua quis manifestat uerbo, uel factō quod: cognoscit.

ARTICULVS. IIII.

Vtrum virtus veritatis magis declinet in minus.

A D Q U A R T U M sic proceditur. Videtur, quod uirtus ueritatis non declinet in minus. Sicut enim aliquis dicendo maius, incurrat falsitatem, ita & dicendo minus: non n. magis est falso quantum esse quinque quā quatuor esse tria: sed omne falso est falso se malum, & fugiendum, ut philo. * dicit in 4. Ethic. ergo ueritatis uirtus non plus declinat in minus, quā in maius.

T 2 Præt. Quod una uirtus magis declinet ad unum extreum, qđ ad aliud, contingit ex hoc, quod uirtutis medium est propinquius vni extremo, quā alteri, sicut fortitudo est propinquior audaciae, quā timiditati: sed ueritatis mediū non est propinquius uni extremo, quā alteri, quia neritas, cū sit aequalitas quādā, in medio punctualiter consistit: ergo veritas non magis declinat in minus.

T 3 Præt. In minus uidetur à ueritate recedere, qui ueritatem negat, ueritati aliquid subtrahens, in maius autem qui ueritati aliquid superaddit: sed magis pugnat ueritati, qui ueritatem negat, quā qui superaddidit, quia ueritas non comparatur secum negationem ueritatis, compatitur autem secum superadditionem: ergo uidetur quod ueritas magis debet declinare in maius, quā in minus.

S E D C O N T R A est, quod Philo. * dicit in 4. Ethic. quod homo secundum hanc ueritatem, magis est uero declinat in minus.

R E S P O N D E Dicendum, quod declinare in minus à ueritate, contingit duplēciter. Vno modo, affirmādo, puta, cū aliquis non manifestat totum bonū, quod in ipso est, puta, scientiam, uel sanctitatem, vel aliquid huiusmodi, quod fit sine præiudicio ueritatis, quia in maiori etiam est minus: & secundū hoc hæc uirtus declinat in minus. Hoc enim ut Philo. * dicit ibidem, uidetur esse prudentius, propter onerosas superabundantias. Homines enim qui maiora de seipso dicunt quā sunt, sunt alii onerosi, quasi excelle alios uolentes. Homines autem, qui minorā de seipso dicunt, gratiōsi sunt, quasi alii cōdescēdentes per quandam moderationem. Vnde Apost. dicit 2. ad Cor. 12. Si uoluerō gloriari, nō ero infiēns, ueritatem n. dicam: parco autem, ne quis me existimet supradicō, qđ uidet in me, aut audit ex me. Alio modo, potest aliquis declinare in minus, negādo, sūt negēt sibi inesse, quod inest: & sic nō pertinet ad hanc uirtutem declinare in minus, quia per hoc incurreret falso. Et tñ hoc ipsum esset minus repugnat ueritati, non quidē fīm propriam rationē ueritatis, sed fīm rationē prudentiae, quam oportet saluari in omnibus uirtutibus. Magis enim repugnat prudentiae, quia periculosis est, & onerosus alii, quod aliquis existimet, uel iactet se habere quod non habet, quā quod non existimet, uel dicat se non habere quod habet. Et per hoc patet responsio ad obiecta.

Super

¶ Super Questionis cemeſimono Articulum quarenum.

I 109. q. nota. Nouitie, qđ declinare in minus affirmatiue, est affirmare minus, qđ fit: quod constat no ēste falso, quia in maiori inclinat minus. Sicut si habens deē aureos dicat se hī duos. Declinare vero in minus negatiue, est negare totā eius quantitatē: & hoc constat esse falso. Sicut si habens decem, dicat, habeo duos tantum.

Lib. 4. cap. 7. ante medit. tom. 5.

Lib. 4. cap. 7. circa med. tom. 5.

Alias, non affirmando.

Lib. 4. Ethic. cap. 7. circa med. tom. 5.

QVEAST. CX.

Super Questionis centesimadecemma Articulum primum.

In tit. art. q. 110. nota, qd quædammodum iuxta distinctionem habitam in 1. art. q. precedens, veritati, qua aliquid dicitur verum, opponitur semper falsitas, & amba sunt in intellectu: ita veritati, qua est in voluntate, qua quicunque vult dicere verum, opponi videatur mendacium tamquam continens falsitatem, utpote, quo quis vult dicere falso. Et propterea in divisione questionis huius author proponeo primum articulum dixi, Quia continens falsitatem. Vero enim cum non contrarieatur nisi falso, dicenti ex profecto verum, is qui ex profecto dicit falso, qui mendax vocatur, opponi non quandoque, sed semper videatur: & ideo in questionis articulum veritur.

Ter primò, De mendacio.

Secondò, De simulatione, siue hypocrisi.

Tertiò, de iactantia, & opposito vitio.
Circa mendacium queruntur quatuor.

Primò, Vtrum mendacium semper opponatur veritati, quasi continens falsitatem.

Secondò, De speciebus mendacij.

Tertiò, Vtrum mendacium semper sit peccatum.

Quartò, Vtrum semper sit peccatum mortale.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum mendacium semper opponatur veritati,

Ad PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod mendacium semper opponatur veritati. Opposita non possunt esse simul: sed mendacium simul potest esse cum veritate. qui enim verum loquitur, quod falso esse credit, mentitur, vt Aug. * dicit in libro contra mendacium. ergo mendacium non opponitur veritati.

Prat. 2. Virtus veritatis non solum consistit in verbis, sed etiam in factis, quia secundum Philof. * in 4. Ethic. secundum hanc uirtutem aliquis verum dicit & in sermone, & in uita: sed mendacium consistit solum in verbis, dicitur enim, quod mendacium est falsa uocis significatio. sic ergo uidetur quod mendacium non direcione opponatur uirtuti ueritatis.

Prat. Aug. * dicit in lib. contra mendacium, quod culpa invenientis est fallendi cupiditas: sed hoc non opponitur ueritati, sed magis benevolentia, uel iustitia: ergo mendacium non opponitur ueritati.

SED CONTRA est, qd dicit Aug. * in lib. contra mendacium. Nemo dubitet mendacium, qui falso enuntiat causam fallendi. Quapropter enuntiatio falsi cum uoluntate ad fallendum prolata, mani-

Fad ipsum finem ordinatur, sed oportet medij ad finem, aliquo non mea sententia ppter talen finem. Verum operante finem, quantum in opere tempore posibile est enim aliud fieri properat.

festum est mendacium: sed hoc opponitur ueritati. ergo mendacium ueritati opponitur.

RE S P O N . Dicendum, quod actus moralis ex duobus speciem fortitor, scilicet ex obiecto, & ex fine. Nam finis est obiectum voluntatis, qua est primum mouens in moralibus actibus. Potest autem a voluntate mota, habet suum obiectum, quod est proximum obiectum uoluntarii actus & se habet in actu voluntatis ad finem, sicut materiales ad formam, ut ex supradictis * patet. Debet autem, quod uitius ueritatis, & per consequens opposita uirtutis in manifestatione conficit, quae fit per aliqua signa: quia quidem manifestatio, sive enuntiatio est rationis actus conterratis signum ad signatum. Omnes enim representatio confitit in quadam collatione, qua proprieta pertinet ad rationem. Vnde in bruta animalia aliqui manifestent, non tamen manifestationem intendunt, sed naturali instinctu aliquid agunt, ad quod manifestatio sequitur: in quantum tamen huiusmodi manifestatio, sive enuntiatio est actus moralis, operatur, qd uoluntatis, & ex intentione uoluntatis dependens. Obiectum autem proprium manifestationis, sive enuntiationis est uerum, uel falso. Intentio uero uoluntatis inordinata potest ad duo ferri, quorum unum est, uel falso enuntiatur: aliud est obiectus proprius falsae enuntiationis, ut scilicet aliquis fallatur. Si ergo ista tria concurrant, scilicet quod falso sit, quod enuntiatur, & quod actus uoluntatis falso enuntiandi, & iterum intentio fallendi, tunc est falsus materialiter, quia falso dicitur: & formaliter, propter uoluntatem falso dicitur, & effectu propter uoluntatem falso enuntiatur. Sed tamen ratio mendacij sumitur a formalis falsitate, secundum hanc scilicet, quod aliquis habet intentionem falso enuntiandi. Vnde in mendacium nominatur, & mendacium nominatur, & quod contrarium dicitur. Et ideo si quis falso enuntiat credens id esse verum, est quod dem falso materialiter, sed non formaliter, quia falsitas est propter intentionem dicens, unde non habet perfectam rationem mendacij. Id enim quod prece-

Intra ar. 2.
sec. Et 3. di-
st. In 38. art. 4.

Intra de men-
dacio ca. 3.2
med. tom. 4.

Lib. 4. cap. 7.
paule a prin-
cip. com. 5.

Lib. de men-
dacio, ca. 3.
& med. 10. 4.

Lib. de men-
dacio, cap. 4.
non precul-
lare. 10. 4.

Lib. de men-
dacio, id est,
quod vniuersaliter
quando aliquid fit
propter finem, non
solum inuenientur
ibi haec duo, videj-
ter, finis, & id quod